

mi nobis nuper fecit tua maiestas Regia. &c.
Et hæc Bulla non est hactenus derogata, &
ita viget, & manet in suo robore & firmata-
re, estq; in obseruantia viridi. Hæc autem a-
uctoritas solum intelligitur quantum ad In-
sulanos & Neophyros : quia solum pro illis
concessa est : & ita tenent pater Alphonsus à
Noreña & Pater Magister à Veracruce, & alij
Doctissimi viri, & ita obseruatur in hac No-
ta Hispania.

TMODO STATUVNTVR CON
clusiones de varia, & multiplici confessorum
Mēdicantium debite præsentatorum auctiori
tate per Summos Pontifices illis
concessa.

TPrima conclusio, seu primum priuile-
gium Fratrum Mendicantium. Fratres Mē-
dicantes debite expositi & præsentati pos-
sunt audire confessiones secularium vnde-
q; venientium in Diœcesi in qua sunt ex-
positi, ea auctoritate, quam habent ab Epis-
copo in cuius Diœcesi existunt. Ita habe-
tur in Supplemento folio. 96. Concessio-
ne .325.

TSSS 4

TSe